Quelle:
Copyright:

et beneficiatis cujuscunque status gradus vel
conditione existant per decanatum nostrum
ubilibet constitutis salutem in Domino et
mandatis nostris infra scriptis firmiter obe-
dire. Quamvis per sacros Canones inde-
cencia infinita et habitu clericorum ces-
tissime prohibeantur Nonnulli tamen
salutis sue immemores animo quod dolen-
ter referimus admodum indurato hoc mi-
nime attendentes tam in habitu quam re-
liquis ad vitam et honestatem in sorte
domini electorum spectantibus habenas suas
miserabiliter dimiserunt Et quia jam tan-
dem in sacrosanctis Constant. Salzburg.
general. ac pataviensi sinodis extat sta-
tutum ut clerici in sacris ordinibus con-
stituti etiam in minoribus et beneficia-
ti in tonsura vestibus et habitu clericali-
bus decenter incedere debeant sub penis
in eisdem statutis expressatis Nos ad exe-
cucionem dictorum statutorum et debito
nostri officii procedere volentes ut tene-
mur vniversitatem vestram tenore presen-
cium hortamur requirimus et monemus so-
bis et singulis in virtute sancte obedien-
cie et sub penis in predictis statutis con-
tentis similiter precipiendo mandamus quo
tenus infra decem dies a notificacione
presentium vobis facta computandam
quos vobis pro canonica monicione assigna-
mus in tonsura et habitu clericalibus vos
conformetis et pareatis statutis memoratis
realiter et cum effectu videlicet ne ali-
quis vestrum tonsuram comam barbam nu-
trisat imo potius tonsura barba decenter
capis et auribus patentibus incedere deba-
tis Habitus quoque vester seu vestimen-
ta vestra non sint scriga non rodulata